norum .xvi. constituit regem pro patre suo
amasia. Ipse edificavit ahilath et restituit
eam ditioni iude. postquam dormivit rex cum pa
tribus suis. xvi. annorum erat ozias cum regnare ce
pisset. et .l. duobus annis regnavit in ierusalem. no
men matris eius iechelia de ierusalem. Fecitque quod erat
rectum in oculis domini iuxta omnia que fecerat am
asias pater eius. et exquisivit dominum in diebus zacharie
intelligentis. et videntis deum. Cumque requireret
dominum. direxit eum deus in omnibus. Denique egressus
est et pugnavit contra philistiim et destruxit
murum geth. et murum iabnie. murumque azoti.
Edificavit quoque oppida in azoto et philistiim et
adiuvit eum deus contra philistiim et arabas
qui habitabant in gurbahal. et contra amonitas. Expen
debantque amonite munera ozie. et divulga
tum est nomen eius usque ad introitum egypti propter
crebras victorias. Edificavitque ozias turres
in ierusalem super portam anguli. et super portam vallis
et reliquas in eodem muri latere. firmavitque eas.
Extruxit etiam turres in solitudine et effodit cis
ternas plurimas. eo quod haberet multa pecora tam
in campestribus quam in heremi vastitate. Vi
neas quoque habuit et vinitores in montibus et in car
melo. erat quippe homo agriculture deditus. Fu
it autem exercitus bellatorum eius qui procedebant ad prelia
sub manu iehiel scribe. maasieque doctoris.
et sub manu ananie qui erat de ducibus regis.
omnisque numerus principum per familias virorum
fortium. ii. milia sexcentorum. et sub eis universus exer
citus. ccc. et .vii. milia quingentorum qui erant apti
ad bella. et pro rege contra adversarios dimicabant.
Preparavit quoque eis ozias .i. cuncto exercitui cli
peos. et hastas et galeas et loricas. arcusque et
fundas ad iaciendos lapides. et fecit in ierusalem di
versi generis machinas quas in turribus collocavit et
angulis murorum. ut mitterent sagittas et sax
a grandia. Egressumque est nomen eius procul eo
quod auxiliaretur ei deus. et corroboravisset illum. Sed cum
roboratus esset. elevatum est cor eius in interitum suum.
et neglexit dominum deum suum. Ingressusque templum
domini adolere voluit incensum super altare thi
miamatis. Statimque ingressus post eum azarias
sacerdos et cum eo sacerdotes domini .lxxx. viri fortissimi
restiterunt regi. atque dixerunt. Non est tui offi
cii ozia ut adoleas incensum domino. sed sacerdo
tum. hoc est filiorum aaron qui consecrati sunt ad huius
cemodi ministerium. Egredere de sanctuario ne

contempseris. quod non reputabitur tibi in hoc
gloriam a domino deo. Iratusque est ozias et tenens in
manu thuribulum ut adoleret incensum. mi
nabatur sacerdotibus. Statimque orta est lepra in
fronte eius coram sacerdotibus in domo domini. super
altare thimiamatis. Cumque respexisset eum
azarias pontifex. et omnes reliqui sacerdotes. vide
runt lepram in fronte eius. et festinato expulerunt
eum. Sed et ipse perterritus acceleravit egredi. eo quod sen
sisset ilico plagam domini. Fuit igitur ozias rex leprosus
usque ad diem mortis sue. et habitavit in domo se
parata plenus lepra. ob quam eiectus fuerat de
domo domini. Porro ioathan filius eius rexit domum
regis. et iudicabat populum terre. Reliqua autem sermo
num ozie priorum et novissimorum scripsit ysaias filius
amos propheta. Dormivitque ozias cum patribus su
is et sepelierunt eum in agro regalium sepulchrorum
eo quod esset leprosus. regnavitque ioathan filius
eius pro eo.

XXVII

Viginti .v. annorum erat
ioathan cum regnare cepisset. et .xvi. annis
regnavit in ierusalem. nomen matris eius ierusa
filia sadoc. Fecitque quod rectum erat coram domino
iuxta omnia que fecerat ozias pater eius. excepto quod non
est ingressus templum domini. et adhuc populus
delinquebat. Ipse edificavit portam domus domini ex
celsam. et in muro ophel multa construxit. Ur
bes quoque edificavit in montibus iuda. et in salti
bus castella et turres. Ipse pugnavit contra regem fili
orum amon. et vicit eum. dederuntque ei filii a
mon in tempore illo .c. talenta argenti. et
.x. milia choros ordei et totidem tritici. hec ei prebue
runt filii amon in anno .ii. et .iii. Corrobora
tusque est ioathan. eo quod direxisset vias suas coram
domino deo suo. Reliqua autem sermonum ioathan et omnis
pugne eius et opera. scripta sunt in libro regum israel
et iuda. Viginti .v. annorum erat cum regnare ce
pisset. et .xvi. annis regnavit in ierusalem. dormivit
que ioathan cum patribus suis et sepelierunt eum in
civitate david. et regnavit achaz filius eius pro eo.

XXVIII

Viginti annorum erat achaz cum regnare ce
pisset. et .xvi. annis regnavit in ierusalem. non
fecit rectum in conspectu domini sicut david pater eius. sed am
bulavit in viis regum israel. insuper et statuas
fudit baalim. Ipse est qui adolevit incensum
in valle benennon. et lustravit filios suos in ig
ne iuxta ritum gentium quas interfecit dominus in adven
tu filiorum israel. Sacrificabat quoque et thimiama
succendebat in excelsis et in collibus et sub omni

MS. MR. Frag. 13.1

ligno frondoso. Tradiditque eum Dominus Deus eius in
manu regis Syriae: qui percussit eum, magnamque
praedam de eius cepit imperio: et adduxit in Da-
mascum. Manibus quoque regis Israel traditus est, et per-
cussus plaga grandi. Occiditque Phacee filius
Romeliae de Iuda c. xx. milia in die uno omnes
viros bellatores eo quod reliquissent Dominum
Deum patrum suorum. Eodem tempore occidit Ze-
chri vir potens ex Ephraim Maasiam filium
regis et Ezricham ducem domus eius: Helcanam
quoque secundum a rege. Ceperuntque filii Israel de fra-
tribus suis cc. milia mulierum, puerorum et puellarum,
et infinitam praedam: pertuleruntque eam in Sa-
mariam. Ea tempestate erat ibi propheta Do-
mini nomine Oded: qui egressus obviam
exercitui venienti in Samariam, dixit eis: Ec-
ce iratus Dominus Deus patrum vestrorum contra Iudam, tradi-
dit eos in manibus vestris, et occidistis eos atro-
citer, ita ut ad caelum pertingeret vestra crudeli-
tas. Insuper filios Iuda et Ierusalem vultis vobis
subicere in servos et ancillas, quod nequaquam
facto opus est: peccastis enim super hoc Domino Deo vestro.
Sed audite consilium meum, et reducite cap-
tivos quos adduxistis de fratribus vestris: quia magnus
furor Domini imminet vobis. Steterunt itaque viri
de principibus filiorum Ephraim: Azarias filius Io-
hanan, Barachias filius Mosollamoth, Ieze-
chias filius Sellum, et Amasias filius Adali, contra eos
qui veniebant de praelio, et dixerunt eis: Non in-
troducetis huc captivos, ne peccemus Domino. Quare
vultis adicere super peccata nostra, et vetera cumu-
lare delicta? Grande quippe peccatum est, et ira fu-
roris Domini imminet super Israel. Dimiseruntque vi-
ri bellatores praedam, et universa quae ceperant coram
principibus et omni multitudine. Steteruntque
viri quos supra memoravimus, et apprehendentes
captivos, omnesque qui nudi erant vestierunt de
spoliis. Cumque vestissent eos et calciassent
et refecissent cibo et potu, unxissent quoque propter
laborem, et adhibuissent eis curam quicumque ambu-
lare non poterant, et erant in debili corpore, imposu-
erunt eos iumentis et adduxerunt Iericho civitatem
palmarum ad fratres eorum: ipsique reversi sunt Samari-
am. Tempore illo misit rex Achaz ad regem As-
syriorum postulans auxilium. Veneruntque Idu-
maei, et percusserunt multos ex Iuda, et ceperunt
praedam magnam. Philisthiim quoque diffusi sunt
per urbes campestres et ad meridiem Iuda: ce-
peruntque Bethsames et Haialon et Gaderoth,
Socho quoque et Thannam et Zamro cum viculis
suis, et habitaverunt in eis. Humiliaverat enim
Dominus Iudam propter Achaz regem Iuda, eo quod nudas-
set eum auxilio, et contemptui habuisset Dominum:
adduxitque contra eum Thaglathphalasar regem Assy-
riorum, qui et afflixit eum, et nullo resistente va-
stavit. Igitur Achaz spoliata domo Domini et
domo regum et principum, dedit regi Assyriorum
munera, et tamen nihil ei profuit. Insuper et tempore
angustiae auxit contemptum in Dominum: ipse per se
rex Achaz immolavit diis Damasci victimas
percussoribus suis, et dixit: Dii regum Syriae auxili-
antur eis, quos ego placabo hostiis, et aderunt mihi:
cum econtrario ipsi fuerint ruina ei et universo Israel.
Direptis itaque Achaz omnibus vasis domus Dei, at-
que confractis: clausit ianuas templi Dei, et fecit
sibi altaria in universis angulis Ierusalem. In omnibus
quoque urbibus Iuda exstruxit aras ad cremandum
thus: atque ad iracundiam provocavit Dominum De-
um patrum suorum. Reliqua autem sermonum eius, et omnium
operum priorum et novissimorum scripta sunt in libro
regum Iuda et Israel. Dormivitque Achaz cum patribus
suis, et sepelierunt eum in civitate Ierusalem: neque enim
receperunt eum in sepulchris regum Israel. Regnavit-
que Ezechias filius eius pro eo.

XXIX

Igitur Ezechias regnare coepit cum xx. v. esset an-
norum, et xx. ix. annis regnavit in Ierusalem. Nomen
matris eius Abia filia Zachariae. Fecitque quod erat
placitum in conspectu Domini iuxta omnia quae fecerat David
pater eius. Ipse anno et mense primo regni sui ape-
ruit valvas domus Domini, et instauravit eas. Ad-
duxitque sacerdotes atque levitas, et congregavit
eos in plateam orientalem, dixitque ad eos: Au-
dite me levitae, et sanctificamini. Mundate domum
Domini Dei patrum vestrorum, auferte omnem immunditi-
am de sanctuario. Peccaverunt patres nostri, et fecerunt ma-
lum in conspectu Domini Dei nostri derelinquentes eum: aver-
terunt facies suas a tabernaculo Domini Dei nostri,
et praebuerunt dorsum. Clauserunt ostia quae erant
in porticu, et exstinxerunt lucernas: incensumque non
adoleverunt, et holocausta non obtulerunt in sanctua-
rio Deo Israel. Concitatus est itaque furor Domini super Iudam
et Ierusalem: tradiditque eos in commotionem, et in inte-
ritum, et in sibilum, sicut ipsi cernitis oculis vestris.
En corruerunt patres nostri gladiis, filii nostri et filiae
nostrae et coniuges captivae ductae sunt propter hoc sce-
lus. Nunc ergo placet mihi ut ineamus foedus

et canes ad lacerandum: et volatilia celi et bestias
terre ad devorandum et dissipandum. Et dabo eos
in fervorem universis regnis terre propter Manassen
filium Ezechie regis Iuda super omnibus que fecit in Ie-
rusalem. Quis enim miserebitur tui Ierusalem. aut quis contrista-
bitur pro te. aut quis ibit ad rogandum pro pace
tua? Tu reliquisti me dicit dominus: retrorsum abisti.
Et extendam manum meam super te et interficiam te. Labo-
ravi rogans. Et dispergam eos ventilabro in portis
terre. Interfeci et disperdidi populum meum: et tamen a viis su-
is non sunt reversi. Multiplicate sunt michi vidue eius super
harenam maris. Induxi eis super matrem adolescentis
vastatorem meridie: misi super civitatem repente
terrorem. Infirmata est que peperit septem: defecit anima eius.
Occidit ei sol cum adhuc esset dies. Confusa est et e-
rubuit: et residuos eius in gladium dabo in conspec-
tu inimicorum eorum ait dominus. Ve michi mater mea quare
genuisti me. virum rixe. virum discordie in univer-
sa terra. Non feneravi: nec feneravit michi quisquam. Omnes
maledicunt michi: dicit dominus. Si non reliquie tue in bonum.
si non occurri tibi in tempore afflictionis et in tempore tri-
bulationis adversum inimicum. Numquid federa-
bitur ferrum ferro ab aquilone et es. Divitias tuas
et thesauros tuos in direptionem dabo gratis in omnibus
peccatis tuis et in omnibus terminis tuis. Et adducam in-
imicos tuos de terra quam nescis. Quia ignis succensus
est in furore meo super vos ardebit. Tu scis domine re-
cordare mei et visita me: et tuere me ab his qui
persequuntur me. Noli in pacientia tua suscipere me.
Scito quod sustinui propter te obprobrium. Inventi sunt
sermones tui: et comedi eos. Et factum est michi verbum tuum
in gaudium et in leticiam cordis mei: quia invoca-
tum est nomen tuum super me: domine deus exercituum. Non
sedi in concilio ludentium: et gloriatus sum. A facie
manus tue solus sedebam: quia comminatione reple-
sti me. Quare factus est dolor meus perpetuus: et plaga
mea desperabilis. Renuit curari: facta est michi quasi men-
dacium aquarum infidelium. Propter hoc hec dicit dominus.
Si converteris convertam te: et ante faciem meam stabis. Et
si separaveris pretiosum a vili: quasi os meum eris. Conver-
tentur ipsi ad te: et tu non converteris ad eos. Et dabo
te populo huic in murum ereum fortem: et bellabunt adver-
sum te et non prevalebunt. Quia ego tecum sum ut sal-
vem te et eruam te dicit dominus. Et liberabo te de manu
pessimorum: et redimam te de manu fortium.
XVI Et factum est verbum domini ad me dicens. Non acci-
pies uxorem: et non erunt tibi filii et filie in loco isto.
Quia hec dicit dominus super filios et super filias que generantur
in loco isto: et super matres eorum que genuerunt eos: et
super patres eorum de quorum stirpe nati sunt in ter-
ra hac. Mortibus egrotationum morientur. Non plan-
gentur et non sepelientur: in sterquilinium super faciem ter-
re erunt: et gladio et fame consumentur: et erit ca-
daver eorum in escam volatilibus celi et bestiis terre.
Hec enim dicit dominus. Ne ingrediaris domum convi-
vii: neque vadas ad plangendum: neque console-
ris eos: quia abstuli pacem meam a populo isto dicit dominus:
misericordiam et miserationes. Et morientur grandes
et parvi in terra ista. Non sepelientur neque plangen-
tur et non se incident: neque calvitium fiet pro eis. Et non
frangent inter eos lugenti panem ad consolandum
super mortuo: et non dabunt eis potum calicis ad
consolandum super patre suo et matre. Et do-
mum convivii non ingredieris ut sedeas cum eis et
comedas et bibas: quia hec dicit dominus exercituum deus
Israel. Ecce ego auferam de loco isto in oculis
vestris et in diebus vestris vocem gaudii et vocem le-
ticie. vocem sponsi et vocem sponse. Et cum an-
nunciaveris populo huic omnia verba hec: et dix-
erint tibi. Quare locutus est dominus super nos omne malum
grande istud. Que iniquitas nostra: et quod peccatum nostrum
quod peccavimus domino deo nostro: dices ad eos. Quia
dereliquerunt patres vestri me ait dominus: et abierunt
post deos alienos: et servierunt eis: et adoraverunt eos:
et me dereliquerunt: et legem meam non custodierunt.
Sed et vos peius operati estis: quam patres vestri. Ecce
enim ambulat unusquisque post pravitatem cordis
sui mali: ut non me audiat. Et eiciam vos de
terra hac. in terram quam ignoratis vos et patres
vestri: et servietis ibi diis alienis die ac nocte:
que non dabunt vobis requiem. Propterea ecce dies ve-
niunt dicit dominus: et non dicetur ultra. Vivit dominus qui e-
duxit filios Israel de terra Egypti. Sed vivit dominus
qui eduxit filios Israel de terra aquilonis: et de u-
niversis terris ad quas eieci eos: et reducam in terram
suam quam dedi patribus eorum. Ecce ego mittam
piscatores multos dicit dominus: et piscabuntur eos: et
post hec mittam eis multos venatores: et vena-
buntur eos de omni monte et de omni colle: et de
cavernis petrarum: quia oculi mei super omnes vias eorum.
Non sunt abscondite a facie mea: et non fuit
occulta iniquitas eorum ab oculis meis. Et reddam
primum duplices iniquitates et peccata eorum: quia
contaminaverunt terram meam in morticinis ydolorum
suorum: et abhominationibus suis impleverunt he-
reditatem meam. Domine fortitudo mea et robur

MS. M.R. Frag. 13.2

meum: et refugium meum in die tribulationis. Ad
te gentes venient ab extremis terre: et dicent. Ve
re mendacium possederunt patres nostri: vanitatem que eis non
profuit. Numquid faciet sibi homo deos: et ipsi non sunt
dii. Idcirco ecce ego ostendam eis per vicem hanc.
ostendam eis manum meam et virtutem meam: et scient
XVII quia nomen mihi Dominus. Peccatum Iuda scriptum est stilo
ferreo in ungue adamantino exaratum super
latitudinem cordis eorum et in cornibus ararum eorum
cum recordati fuerint filii eorum ararum suarum et lucorum
lignorumque frondentium in montibus excelsis sacrifi
cantes in agro. Fortitudinem tuam et omnes thes
auros tuos in direptionem dabo: excelsa tua
propter peccata in universis finibus tuis. Et relin
queris sola ab hereditate tua quam dedi tibi et
servire te faciam inimicis tuis in terra quam ig
noras. quoniam ignem succendisti in furore meo: usque
in eternum ardebit. Hec dicit Dominus. Maledictus homo qui
confidit in homine et ponit carnem brachi
um suum et a Domino recedit cor eius. Erit enim quasi
mirice in deserto et non videbit cum venerit bo
num. sed habitabit in siccitate in deserto in terra salsu
ginis et inhabitabili. Benedictus vir qui confidit
in Domino: et erit Dominus fiducia eius. Et erit quasi lignum
quod transplantatur super aquas quod ad humorem mit
tit radices suas: et non timebit cum venerit estus. Et
erit folium eius viride. et in tempore siccitatis non erit
sollicitum: nec aliquando desinet facere fructum.
Pravum est cor hominis et inscrutabile: quis cog
noscet illud? Ego Dominus scrutans cor et probans
renes. qui do unicuique iuxta viam suam et iuxta fruc
tum adinventionum suarum. Perdix fovit que non pe
perit. fecit divitias et non in iudicio. In dimidio
dierum suorum derelinquet eas et in novissimo suo
erit insipiens. Solium glorie altitudinis a prin
cipio. locus sanctificationis nostre. Expectatio Israel.
Domine omnes qui te derelinquunt: confundentur. Recede
tes a te in terra scribentur. quoniam dereliquerunt ve
nam aquarum viventium Dominum. Sana me Domine et
sanabor salvum me fac et salvus ero quoniam laus
mea tu es. Ecce ipsi dicunt ad me. Ubi est verbum Domini:
veniat. Et ego non sum turbatus te pastorem sequens
et diem hominis non desideravi tu scis. Quod egressum est
de labiis meis. rectum in conspectu tuo fuit. Non
sis tu mihi formidini. spes mea tu in die afflic
tionis. Confundantur qui persequuntur me et non confun
dar ego. Paveant illi et non paveam ego. Indu
c super eos diem afflictionis et duplici contritione
ne contere eos. Hec dicit Dominus ad me. Vade et sta
in porta filiorum populi per quam ingrediuntur reges Iu
da et egrediuntur et in cunctis portis Ierusalem: et dices
ad eos. Audite verbum Domini reges Iuda et omnis Iu
dea. cunctique habitatores Ierusalem qui ingredimini per
portas istas. Hec dicit Dominus. Custodite animas vestras
et nolite portare pondera in die sabbati. nec infe
ratis per portas Ierusalem. et nolite eicere onera de
domibus vestris in die sabbati. et omne opus non facietis. San
ctificate diem sabbati. sicut precepi patribus vestris. et non
audierunt nec inclinaverunt aurem suam. sed indura
verunt cervicem suam ne audirent me et ne acciperent
disciplinam. Et erit: si audieritis me dicit Dominus
ut non inferatis onera per portas civitatis huius
in die sabbati. et si sanctificaveritis diem sabbati ne faci
atis in eo omne opus. ingredientur per portas civita
tis huius reges et principes sedentes super solium David.
et ascendentes in curribus et in equis. ipsi et principes
eorum viri Iuda et habitatores Ierusalem: et habitabitur ci
vitas hec in sempiternum. Et venient de civi
tatibus Iuda et de circuitu Ierusalem et de terra Beia
min et de campestribus et de montuosis et ab au
stro portantes holocaustum et victimam et sacrifi
cium et thus et inferent oblationem in domum Domini.
Si autem non audieritis me ut sanctificetis diem sabbati.
et ne portetis onus et ne inferatis per portas Ierusalem
in die sabbati. succendam ignem in portis eius et devo
rabit domos Ierusalem: et non extinguetur.
Verbum quod factum est ad Ieremiam a Domino dicens. XVIII
Surge et descende in domum figuli: et ibi au
dies verba mea. Et descendi in domum figuli et ec
ce ipse faciebat opus super rotam: et dissipatum
est vas quod ipse faciebat e luto manibus suis. conversus
que fecit illud vas alterum sicut placuerat in o
culis eius ut faceret. Et factum est verbum Domini ad me dicens.
Numquid sicut figulus iste non potero facere vobis
domus Israel ait Dominus. Ecce sicut lutum in manu figuli:
sic vos in manu mea domus Israel. Repente loquar adver
sum gentem et adversum regnum: ut eradicem et de
struam et disperdam illud. Si penitentiam egerit
gens illa a malo suo quod locutus sum adversum eam
agam et ego penitentiam super malo quod cogitavi
ut facerem ei. Et subito loquar de gente et de regno
ut edificem et plantem illud. Si fecerit malum in
oculis meis ut non audiat vocem meam: peniten
tiam agam super bono quod locutus sum ut face
rem ei. Nunc ergo dic viro Iude et habitatoribus Ierusalem
dicens. Hec dicit Dominus. Ecce ego fingo contra vos

AS 15

cem iocunditatis et vocem gaudimonii et vocem sponsi et vocem sponse et erit omnis terra sine vestigio ab inhabitantibus eam. Et non audierunt vocem tuam ut operarentur regi babylonie. et statuisti verba tua que locutus es in manibus puerorum tuorum prophetarum ut transferrent ossa regum nostrorum et ossa patrum nostrorum de loco suo. et ecce proiecta sunt in calore solis et in gelu noctis. et mortui sunt in doloribus pessimis in fame et in gladio et in emissione. Et posuisti templum in quo invocatum est nomen tuum in ipso sicut est dies hec propter iniquitatem domus israel et domus iuda. et fecisti in nobis domine deus noster secundum omnem benignitatem tuam et secundum omnem miserationem tuam illam magnam sicut locutus es in manu pueri tui moysi in die qua precepisti ei scribere legem tuam coram filiis israel dicens. Si non obaudieritis vocem meam multitudo hec magna et multa convertetur in minimam inter gentes quia ego dispergam illos quia scio quod me non audiet populus. populus est enim dura cervice et convertetur ad cor suum in terra captivitatis sue et scient quia ego sum deus eorum et dabo eis cor et intelligent aures et audient. et laudabunt me in terra captivitatis sue et memores erunt nominis mei et avertent se a dorso suo duro et a malignitatibus suis quia reminiscentur viam patrum suorum qui peccaverunt in me et revocabo illos in terram quam iuravi patribus eorum abraham et ysaac et iacob et dominabuntur eius et multiplicabo eos et non minorabuntur. et statuam illis testamentum alterum sempiternum ut sim illis in deum et ipsi erunt mihi in populum et non movebo amplius populum meum filios israel a terra quam dedi illis.

III

Et nunc domine deus omnipotens anima in angustiis et spiritus anxius clamat ad te. Audi domine et miserere quia deus es misericors et miserere nostri quia peccavimus ante te. quia tu sedes in sempiternum et nos peribimus in evum. Domine omnipotens deus israel audi nunc orationem mortuorum israel et filiorum ipsorum qui peccaverunt ante te et non audierunt vocem domini dei sui et agglutinata sunt nobis mala. Noli meminisse iniquitates patrum nostrorum sed memento manus tue et nominis tui in tempore isto quia tu es dominus deus noster et laudabimus te domine quia propter hoc dedisti timorem tuum in cordibus nostris ut invocemus nomen tuum et laudemus te in captivitate nostra quia convertimur ab iniquitate patrum nostrorum qui peccaverunt ante te. Et ecce nos hodie in captivitate nostra sumus quo nos dispersisti in improperium et in maledictum et in peccatum secundum omnes iniquitates patrum nostrorum qui discesserunt a te domine deus noster. Audi israel mandata vite auribus percipe ut scias prudentiam. Quid est israel quod in terra inimicorum es. Inveterasti in terra aliena coinquinatus es cum mortuis deputatus es cum descendentibus in infernum. dereliquisti fontem sapientie. Si enim in via dei ambulasses habitasses utique in pace sempiterna. Disce ubi sit prudentia ubi sit virtus ubi sit intellectus ut scias simul ubi sit longiturnitas vite et victus ubi sit lumen oculorum et pax. Quis invenit locum eius et quis intravit in thesauros eius. Ubi sunt principes gentium et qui dominantur super bestias que sunt super terram. qui in avibus celi ludunt qui argentum thesaurizant et aurum in quo confidunt homines et non est finis acquisitionis eorum qui argentum fabricant et solliciti sunt nec est inventio operum illorum. Exterminati sunt et ad inferos descenderunt et alii loco eorum surrexerunt. Iuvenes viderunt lumen et habitaverunt super terram viam autem discipline ignoraverunt neque intellexerunt semitas eius neque filii eorum susceperunt eam a facie ipsorum longe facta est. Non est audita in chanaan neque visa est in theman. Filii quoque agar qui exquisierunt prudentiam que de terra est negotiatores terre et theman et fabulatores et exquisitores intelligentie viam autem sapientie nescierunt neque commemorati sunt semitas eius. O israel quam magna est domus domini et ingens locus possessionis eius. Magnus est et non habet finem excelsus et immensus. Ibi fuerunt gigantes nominati illi qui ab initio fuerunt statura magna scientes bellum. Non hos elegit dominus neque viam discipline dedit illis propterea perierunt. Et quoniam non habuerunt sapientiam interierunt propter suam insipientiam. Quis ascendit in celum et accepit eam et deduxit eam de nubibus. Quis transfretavit mare et invenit eam et attulit eam super aurum electum. Non est qui possit scire vias eius neque qui exquirat semitas eius. Sed qui scit universa novit eam et adinvenit eam prudentia sua. qui preparavit terram in eterno tempore et replevit eam pecudibus et quadrupedibus. qui emittit lumen et vadit et vocavit illud et obaudit illi in tremore. Stelle autem dederunt lumen in custodiis suis et letate sunt. Vocate sunt et dixerunt adsumus et luxerunt ei cum iocunditate qui fecit illas. Hic est deus noster et non estimabitur alius adversus eum. Hic adinvenit omnem viam discipline et tradidit illam iacob puero suo et israel dilecto suo. Post hec in terris visus est et cum hominibus conversatus est.

IIII

Hic liber mandatorum dei et lex que est in eternum. Omnes qui tenent eam ad vitam et qui dereliquerunt eam ad mortem. Convertere iacob et apprehende eam ambula per viam ad splendorem eius contra lumen eius. Ne tradas alteri gloriam tuam et dignitatem tuam genti aliene. Beati sumus

MS. MR. Frag. 13.3

israel. quia que placent deo manifesta sunt
nobis. Animequiores estote populus dei memorabilis israel. Ve
nundati estis gentibus non in perditionem. sed
propter quod in ira ad iracundiam provocastis deum
traditi estis adversariis. exacerbastis enim eum qui
fecit vos deum eternum. immolantes demoni
is et non deo. oblite estis deum qui nutrivit vos et con
tristastis nutricem vestram ierusalem. vidit enim ira
cundiam a deo venientem vobis et dixit. Audite
confines syon. adduxit enim mihi deus luctum
magnum. Vidi enim captivitatem populi mei. filio
rum meorum et filiarum mearum. quam superduxit illis
eternus. Nutrivi enim illos cum iocunditate. dimi
si autem illos cum fletu et luctu. Nemo gaudeat super
me viduam et desolatam. a multis derelicta sum
propter peccata filiorum meorum. quia declinaverunt a le
ge dei. Iustitias autem ipsius nescierunt. nec ambula
verunt per vias mandatorum dei. neque per semitas veri
tatis eius cum iustitia ingressi sunt. veniant con
fines syon et memorentur captivitatem filiorum
et filiarum mearum. quam superduxit illis eternus.
Adduxit enim super illos gentem de longinquo. gen
tem improbam et alterius lingue. qui non sunt reveriti
senem. neque puerorum miserti sunt. et abduxerunt
dilectos vidue. et a filiis unicam desolaverunt.
Ego autem quid possum adiuvare vos? qui enim ad
duxit super vos mala: ipse vos eripiet de ma
nibus inimicorum vestrorum. Ambulate filii am
bulate. ego autem derelicta sum sola. exui me
stola pacis. indui me sacco obsecrationis et
clamabo ad altissimum in diebus meis.
Animequiores estote filii. clamate ad dominum et e
ripiet vos de manu principum inimicorum. Ego
enim speravi in eternum salutem vestram. et venit
mihi gaudium a sancto super misericordia que veniet vo
bis ab eterno salutari vestro. Emisi enim vos cum
luctu et ploratu. reducet autem vos mihi dominus cum ga
udio et iocunditate in sempiternum. Sicut enim
viderunt vicine syon captivitatem vestram: sic
videbunt et in celeritate salutem vestram a deo
que superveniet vobis cum honore magno et sple
ndore eterno. Filii patienter sustinete iram que
supervenit vobis. persecutus est enim te inimicus tu
us. sed cito videbis perditionem ipsius et super cervices ipsius as
cendes. Delicati mei ambulaverunt vias asperas.
ducti sunt enim ut grex direptus ab inimicis.
Animequiores estote filii et proclamate ad do
minum. Erit enim memoria vestra ab eo qui duxit
vos. Sicut enim fuit sensus vester ut erraretis a deo:
decies tantum iterum convertentes requiretis eum. qui enim in
duxit vobis mala: ipse rursum adducet vo
bis sempiternam iocunditatem cum salute vestra. Anime
quior esto ierusalem. exhortatur enim te qui te nominavit.
Nocentes peribunt qui te vexaverunt. et qui gratulati sunt
in tua ruina punientur. Civitates quibus ser
vierunt filii tui punientur. et que accepit filios tuos.
Sicut enim gavisa est in tua ruina et letata est in tuo
casu. sic contristabitur in sua desolatione. et am
putabitur exultatio multitudinis eius. et gaudi
monium eius erit in luctum. Ignis enim superveni
et ei ab eterno in longiturnis diebus. et habitabi
tur a demoniis in multitudine temporis. Circum
spice ierusalem ad orientem et vide iocunditatem a deo
tibi venientem. ecce enim veniunt filii tui: quos dimi
sisti dispersos. veniunt collecti ab oriente usque
ad occidentem in verbo sancti gaudentes in honorem dei.
Exue te ierusalem stola luctus De gloria ecclesie et res V
et vexationis tue. et indue te decore rectione
et honore eius que a deo tibi est sempiterne glorie. sanctorum
Circumdabit te deus diploide iustitie. et imponet mi
tram capiti tuo honoris eterni. deus enim ostendet
splendorem suum in te qui sub celo est. Nominabitur
enim tibi nomen tuum a deo in sempiternum pax iustitie
et honor pietatis. Exurge ierusalem et sta in excelso
et circumspice ad orientem et vide collectos fili
os tuos ab oriente sole usque ad occidentem in ver
bo sancti. gaudentes dei memoria. exierunt enim
a te pedibus ducti ab inimicis. adducet autem illos
dominus ad te portatos in honore sicut filios reg
ni. Constituit enim deus humiliare omnem mon
tem excelsum et rupes perhennes et valles replere in
equalitatem terre. ut ambulet israel diligenter in hono
re dei. Obumbraverunt autem et silve et omne lignum sua
vitatis israel ex mandato dei. Adducet enim deus is
rael cum iocunditate in lumine maiestatis sue cum mi
sericordia et iustitia que ab ipso est. Incipit exemplum epistole
Propter peccata que peccastis ante quam misit ieremias ad ab
deum: abducemini in babilo ductos captivos in ba
niam captivi a nabuchodonosor rege baby biloniam a rege
lonie. Ingressi itaque in babiloniam: eritis babiloniorum ut
illic annis pluribus et temporibus longis usque ad ge annunciaret
nerationem septem. post hoc autem educam vos inde cum pace. illis secundum quod precep
Nunc autem videbitis in babilonia deos aureos et argenteos tum est il
et lapideos et ligneos in humeris portari. ostent li a deo.
antes metum gentibus. Videte ergo ne et vos similes
efficiamini factis alienis et metuatis et metus vos